

Stephan Klotz

Rector Universitatis Rostochiensis, Stephanus Clotz, S.S. Theol. P.P. & ad D. Jacob. Ecclesiastes, Omnes & singulos Universitates Cives Ad Solemnia Jesu Christi Salvatoris Natalitia, Pie & devote transigenda serio & sedulo Hortatur & invitat

Rostochii: Pedanus, 1633

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734606435>

Druck Freier  Zugang



RU. Progr. 1633

- 1) Joachim Stockmann
- 2) Joachim Stockmann
- 3) Johann Gotthmann
- 4) Stephan Bloh

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
STEPHANUS CLOTZ,
S.S. Theol. P. P. & ad D. Jacob.
Ecclesiastes,
Omnes & singulos
Universitatis Cives

AD SOLEMNIA

JESU CHRIS-
TI SALVATORIS
Natalitia,

Piè & devote transfigenda
serio & sedulo

Hortatur & invitat.



ROSTOCHII,
Litteris JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.
ANNO M. DC. XXXIII.

CHRISTOPH
STREIBER

Dr. phil. phil. phil.
Rostock



ROSTOCK
Im Druck bey
ANNO MDCCLXXII



RECTOR
Academiae Rostochiensis
STEPHANUS CLOTZ,
S. S. Theol: P. P. & ad D. Jacob.
Ecclesiastes.



Estivè olim & non sine plausu Romani circa hoc tempus agitabant sua *Saturnalia*: Festa hæc, uti nomen præ se fert, in honorem Saturni instituta erant, qui Jovem fugiens in Italiam venisse, populumq; rudem & incomem leges docuisse, & plura alia ad vitæ civilis usum, & agrorum culturam, necessaria monstrasse creditur, eoq; nomine *Saturnus* dici consuevit, quasi qui omnia suâ manu exaturaret, & peritiam culturæ agrorum & satorum cum conjugem quam *Opem* vocabant, primus docuisset. Ea propterea junct Janum omnium primo post Saturni obitum hæc Saturnalia in ejus gratiam & honorem sancivisse: *Alij* verò Comites Herculis in Italia relictos, & Saturni nomine & religione ab hostium incursionibus tutos, festum hoc indictum primo observasse, eoq; vicinorum

agrestes animos ad religionem & reverentiam Deorum sollicitasse: *Alij*, Pelasgos in DELum Insulam delatos Saturno, primum aram & Victimam, post Saturnalia erexisse: *Alij*, Noahum credunt primum in arca hæc Saturnalia celebrasse, eo die quo juga montium apparere cæperunt, de hinc singulis annis eadem festa decimo Mense diluvij rediisse! Saturnalibus verò istis mutabant h. e. lautiora convivia & epulationes agitabant, ut hoc nomine suo Saturno, cui omnem fertilitatem acceptam referebant, convivando gratias agerent: Munera item Saturnalia ulto citroq; mittere & remittere solebant, cum primis amici ditiores cereos, ut profiterentur, sese vel Saturnum accensis cereis colere, (instituto enim Pelasgorum, & monitu Herculis accensis luminibus colebant, quem ante victimis humanis placarant) vel Saturni institutione quasi prævia luce, à tenebricosâ & incomi vita, ad bonarum artium scientiam, omnigenamq; vitæ civilis culturam ductos & editos esse: Tum etiam Domini his diebus servis convivia opipara admodum liberaliter parabant, ipsisq; discumbentibus ministrabant, ut hoc famulatio aliquam gratiam pro annuo labore referrent (eodem modo sicut *Athenienses* sua *ἀνδρῶν* habebant, ubi servis accumbere licebat, feriatis interim ab opere) Bella quoq; illis feriis finire aut poenas à nocentibus exigere nefas & piaculare erat; Et hæc festivitas tam fuit Romanis celebris, ut licet primum uno die, post tamen legibus judicijarijs triduo celebrari iussa (indiem vero tertium incidebant *Opalia*, quibus Opi uxori Saturni, & almæ Matri, cujus ope homines pecudesq; alerentur, supplicabatur) tandem etiam adjecta sit *Sigillariorum* festivitas, quo factum,

Etum, ut in septem usq; dies hæc Saturnalia paulatim
excreverint! Quid verò nobis Cives Academici cum
ferijs istis Saturnalitijs? cum Ethnicorum plusquam
impijs superstitionibus? Nobis sanè jam tandem,

Optata lux solemnibus

Redit dicata gaudijs

Exultat hinc frequentibus,

Cælum solumq; Iubilis,

Exultat æther æthere,

Homo quod exul hoc die

Christo esse receptus ediso,

Heresq; factus ætheris

Est læta terra, quod DEUS

Hæc lucefactus est homo

Sic copulantur ut novo

Cælum solumq; fædere

Digniora hæc & celebriora nobis erunt Natalitia,
quæ pie & prudenter impijs istis ferijs Ethnicis in men-
sem Decembrem (licet fortè eo non contigerint, uti ex
Historia Evangelica & circumstantijs alijs non obscure
colligere licet) religiosa antiquitas suffecit. Celebra-
rint ibi servi Dominorum suorum famulicia; Miserint
ultra citroq; munera; Instituerint lautè convivia; Ce-
reos incenderint; Victimam litarint; Saturnalia cum
plausu atq; júbilo exegerint! Quid verò nos? Ecce.
Veneramur Regem Cœlorum pro nostra salute.
hodie assumpta servi formâ, nobis ministrantem, & pa-
tri suo obedientem ad mortem usq; crucis: Gloriamur
munus nobis cœlo missum, filium Patris unigeni-
tum nobis natum, Jesulum nobis datum, læta dehinc
in cœlo convivia, lautissimas paradisi epulas nobis para-

ias, neq; cereos incensos, sed solem Justiciæ, lucemq;
mundi omnia collustrantem nobis ortam esse, popu-
lumq; qui in tenebris habitabat, lucem magnam repen-
tè vidisse, DEOq; in posterum victima, unigeniti
filij sui litare posse. Valeant ergo Ethnicorum impia
Saturnalia, Valeant Atheorum jubila! Mirentur, epu-
lencur, glorientur! Vos *cives Academici*, potiore jure
hoc agite, Natalia Christi transfigite, non ut Ethnici
sua Saturnalia, in epulis, lautitijs, delicijs, sed serijs pie-
tatis & devotionis exercitijs. *Cibus vester* erit, mysteri-
um hoc ineffabile indagare, *Tripudium vestrum*, in Jesu-
lo recens nato, non in poculis & carnis desiderijs, exul-
tare, *sacrificium vestrum*, DEO cor devotum & Contri-
tum offerre, *Donarium vestrum* DEO, vos totos conse-
crare. Agite ergo, adeste, ite mecum in Bethlehem
& videte verbum hoc quod factum est;

Egredimini, *Cives*, & videte hic *Mosera*
quendam in fiscella carnis suæ trepidantem,
Simsonem quendam in Dalilæ gremio cuban-
tem, ejusq; ligatum nexibus & traditum pro sa-
lute populi sui deridendum, *Salomonem* quen-
dam regio diademate vestitum, quo eum coro-
navit mater sua, diademate inquam non aureo,
non argenteo, sed carneo, ex Virginis visceribus
Sp. S. artifice fabrefacto. Egredimini & videte
DEum in puero, æternum in tenellulo, leonem
in agno, gigantem in parvulo, potentem in in-
firmo! Videte Maximum pariter & minimum,
altissimum & novissimum, primum & imum,
sum-


summum & infimum, Deum Maximum & Ver-
mem abjectissimum! Videte Deum vagientem,
Deum plorantem in cunabilis, Deum Carne
velatum, Deum de Virgine natum, Deum pan-
nis involutum, uberibus nutritum, præsepio re-
clinatum. Videte cibum esurientem, potum
sitientem, potentiam trepidantem, læticiam
tristantem, fiduciam trementem, abundantiam
deficientem. Videte Aaronis virgam florentem,
virginem parientem, Virginem lactantem, vir-
ginem cunas motantē, Novum fecit Deus super
terram, Fæmina sed intacta, Mater sed virgo,
concepit sed sine semine, peperit sed Deum de
Deo, genuit sed ante secula genitum, compre-
hendit utero, sed immensum, nutrit, sed per-
fectum. Nupta non nupta, Mater non mater,
concepit non concepit, cum semine sine semi-
ne, Deum non Deum, Virum non Virum, ho-
minem non hominem. Egredimini & videte
jacentem in præsepio, qui fulget Deus in Cælo,
sociatum brutis, qui adoratur ab Angelis, pan-
nis involutum, qui à posttratis coram se Regi-
bus colitur, absconditum in stabulo, qui cele-
bratur ab Angelo. Egredimini & videte An-
gelorum cuneos, rusticis hominibus & jumen-
tis permixtos, soloq; prostratos, descendentes &
ascen-

ascendentes super filiū hominis, intus Majesta-
tem, foris infirmitatem, intus potentiam, foris
infantiam, intus Deitatis thesauros, foris pau-
pertatis pannos mirantes & alternantibus choris
epigrammata concinentes. Egredimini o *Cives*
Academici à seculi curis, à fori negotijs, à de-
mulcientibus carnis illecebris. Egredimini à
prava morum consuetudine, à peccatorum
mollitie, à voluptatum prurigine, à deliciarum
Illecebrâ, dignosq; vos reddite perpendendo
tam arduo Sacramento; *Solvite Calceamenta à*
pedibus vestris, locus enim in quo statis sanctus est,
Dies quem celebratis festus est, Puer qui vobis na-
scitur, Deus est; Et Plaudite! P. P. Sub Sigillo
ReCTORATUS d. XXV. Decemb. Anno exeunte 1633.



summum & infimum, Deum
 mem abjectissimum! Videte D
 Deum plorantem in cunabili
 velatum, Deum de Virgine na
 nis involutum, uberibus nutri
 clinatum. Videte cibum esu
 fitientem, potentiam trepida
 tristantem, fiduciam tremente
 deficientem. Videte Aaronis vi
 virginem parientem, Virgine
 ginem cunas motantē, Novum
 terram, Famina sed intacta, M
 concepit sed sine semine, pepe
 Deo, genuit sed ante secula ge
 hendit utero, sed immensum,
 fectum. Nupta non nupta, M
 concepit non concepit, cum se
 ne, Deum non Deum, Virum
 minem non hominem. Egre
 jacentem in praesepio, qui fulg
 sociatum brutis, qui adoratur a
 nis involutum, qui à posttratis
 bus colitur, absconditum in st
 bratur ab Angelo. Egredimit
 gelorum cuneos, rusticis homi
 tis permixtos, soloq; prostratos.

& Ver
 entem,
 Carne
 m pan
 epio re
 potum
 iciam
 ntiam
 ntem,
 m, vir
 s super
 virgo,
 um de
 mpre
 ed per
 mater,
 e semi
 m, ho
 videte
 Cælo,
 , pan
 Regi
 i cele
 ce An
 amen
 tes &
 ascen



the scale towards document